xb

oleo lętitię prę consortibus tuis. Denique petrus.
unctum spiritu dicit christum. sicut habes. Vos scitis quod fac
tum est verbum per totam iudęam. incipiens a galilea.
post baptismum quod predicauit iohannes. christum a naza
reth. quomodo unxit eum deus spiritu sancto. Oleum igitur
lętitię. spiritus sanctus est. Et pulchre oleum lętitię dixit.
ne creaturam putares. Sol et enim huiusmodi natu
rę esse. ut nequaquam naturę alterius humido misce
atur. Lętitia quoque corpus non unguit. sed intima
cordis inluminat. sicut propheta dixit. Dedisti
lętitiam in corde meo. Ergo concludant te opera
tua. qui oleum velit cum creatura humidiore con
fundere. quia cum olei levior natura sit. cęteris re
sidentibus illa elevata se cernitur. quomodo putant
isti deterrimi caupones oleum lętitię cum cęteris
creaturis sua posse fraude confundi. cum utique non
queant incorporeis corporea. increatis creata
misceri. Et bene oleum lętitię dicitur. quo unctus
est christus. Neque enim usitatum fuit ei oleum. et com
mune querendum. quo aut vulnera curantur.
aut ęstas levatur. cum fomentum vulnerum suorum

Nota fratrem oleo in uncto levari. Inde et mulier il la. quam mox fun moritura. Non h beo inter quinque parum olei quo ungua